



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

19. De cœco nato. Ioan 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

lo probroso nomine adulterā appellarit, sed mulierem, indicans sexus fragilitatem cum tamen ipse solus hoc peccato offensus esset, sicut peccato Dauidis, qui dixit. *Tibi soli peccavi*: gratior enim est Deo maximus peccator pœnitēs, quam superbus, qui sibi viderur iustus. 3. considera Christum non absoluisse eam, nisi postquam locuta est: vult enim vt ex parte nostra quoque cooperemur, confitendo peccata nostra, & laudes diuinas prædicando. Deinde parum admodum ab ea postulare, nempe vt deinceps non delinqueret.

MEDITATIO XIX.

De cæco nato. Ioan. 9.

CHRISTVS cum cæcum natum vidisset 1. & discipulis quærentibus, an ob peccata sua, vel parentum ita natus esset, respondisset, id factum ad manifestandum opera Dei, luto ex sputo facto linuit eius oculos, & lauare in natatorio Siloe iussit. Considera, Christum vidisse cæcum non otiosè & frustra, sed vt eius miseræ opem ferret: vt disceremus, non satis esse cognoscere proximi ærumnas, nisi etiam operā demus, vt ab illis liberetur. 2. considera modum, quo curauit

A a s

rauit cæcum. 1. eum respexit. 2. lacum in
posuit oculis. 3. ad fontem mitti, sic et
peccatori facienda sunt, vt Deo reconcili-
liet. Primo enim opus habet auxilio di-
uinæ gratiæ vt resurgat. 2. agnoscere de-
bet scditatem peccati per confessionem
3. abluere illud vel per baptismum, sicut in-
fidelis, vel per lacrymas contritionis, sicut
fidelis, relapsus.

2. *Cæcus post visum receptū sapiens à Pharisæis
rogatus quomodo vidisset, cum constanter re-
spondisset, à Christo id factū, eiectus est ex sy-
nagoga. Considera cæcum nunquā in huius
cōtentione hac verbum vllum defendēdi
sui causa effutiuisse, sed magno zelo Chri-
sti patrociniū suscepisse, cōtempo hono-
ris sui periculo: vt doceret nos, iniurias no-
bis illatas non magnifacere, illatas verò
Deo nullo modo tolerare. 2. considera, cū
synagoga pulsum, quod nomē Christi tuer-
retur, vt intelligas, simulatque inceperis
seruire Deo mundum tibi fore contra-
rium, & te ex sua societate exturbaturum,
Christum autem te non delerturum.*

3. *IESVS cæco iam foras eiecto, dixit Tu cre-
dis in filium Dei? Tum ille. Quis es Domi-
ne; Et IESVS? Ego sum. Tum ille. Crede
Domine, & prociens adorauit eum. Consi-
dera*

DE VIT
dera I s
esse filium
cerat, vt c
affliction
ge Christo
maiora b
quam ali
sidera Ch
dem inue
filium D
num qui
munerat
suam no
ra Chri
stram co
tit à cæc
perfecte
clarauit.

De ad

CHR
fit
um aut
bona su

DEVITA CHRISTI DOM. 379

dera I E S U M ideo manifestasse aperte se esse filium D E I. (quod & Samaritana fecerat,) vt doceret omnes pios, qui magnas afflictiones propter Christū subeunt longe Christo esse cariores, & ideo plura & maiora beneficia Christum illis conferre, quam aliis qui earū sunt expertes 2. Considera Christum quaesivisse cæcum, & tandem inuentum rogasse, num crederet in filium D E I ? vt discas, D E V M ne minimum quidem opus nostrum bonum irremuneratum relinquere, sed statim gratiā suam nobis offerre, vt ad perfectionem vitæ Christianæ perueniamus sed quia nostram cooperationē requirit, idcirco quaerit à cæco, an credat in se. Et quia verè & perfectè credidit, ideo & opere mox declaravit, adorando illum.

MEDITATIO XX

De adolescente diuite. Matt. 19. Marc.
10. Luc. 18.

CHRISTVS adolescenti roganti, vt posset saluari, respondit. Serua mandata, um autem addidisset, si vellet perfectus esse, bona sua daret pauperibus, abiit tristis. Confli-